

Dñica. xxi. post trini.

nitur. Septimo de huius conuiuij sobria ebrietas dicitur. Rediuius corporibus resumptis in vita immortalis inebriamur mira plenitudine exuberantes post resurrectionem tanq̃ turrius. Et merito inebriantur qui ad nuptias agni intro duci merentur. edentes et bibentes super mēsa illius in regno sapientie. Ad quod nos pducatur Iesus inuitans.

Dñica. xxi. post trini. Sermo primus.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaū. *Joh. iiii.* Naturaliter delectant orti regales. Sed econtra perturbāt carceres. quamobrem in equalem ducunt vitas homines in ortis regalibus et sedentes in carceribus. Nam primi letantur. secundi tristantur. Figura primi patet de orto mirabili regis. *Alue* ri in quo ut dicit scola. hysto. erat vitis cuius stipites erant argentei. palmites vero aurei. botri vero ex gemmis et auro insertis. In hoc orto celebravit rex conuiuium cum suis subditis et septē diebus cum magna leticia. ut habetur *Iher. i.* Figura secūdi habetur *Gen. xl.* de carcere in quē positi erant pistor et pincerna regis *Pharaonis*. Quia dicitur ibidem. q̃ peccantes missi erant in carcerem ut dicit glosa. q̃ accusati sunt de infidelitate in officiis suis quod frequenter accidit in curijs regum. in hoc carcere sunt turbati. quia pistor fuit suspensus. licet pincerna officio suo fuerit restitutus. Moraliter autem per ortum regalem intellige paradisum terrestrem qui est locus in partibus orientis. Et dicitur paradisus grece. et ortus latine. eden hebraice quod apud nos delitie interpretatur. Est enim ortus deliciarum *fm. Iud. li. xvij.* quod ex omni genere ligni pomiferarum arborum est confitus vel constitutus. habens in se lignum vite. Non ē ibi frigus. non estus. sed perpetua aeris temperies. Ex illius medio fons prorumpens totum nemus irrigat. Sed per carcerem subaudi mundus presentis. Quia gloriosa virgo *Katherina* dixit ad *Purphirium*. Audi *Purphiri*. Mundus ille velut carcer est. Compedes huius carceris corpora sunt cuiuslibet hominis. Est enim corpus hominis q̃ si ipsi cōpes tenēs aīam alligat. In isto carcere mundi a quo cupiunt sancti liberari. sicut *David* qui ait. Educ de custodia. i. de carcere animā meā. Et *Paulus* ad *Phil. j.* Cupio dissolui et esse cū xp̃o. Et iterū ad *Roma. vij.* Insequor inquit ego q̃s me. et moriebar desiderio bono et rōnabili. Anīme q̃ sunt solute a cōpedibus

corpis eo sunt chariores quo ad amādū sunt expeditiores. *Quicenna* li. vj. animalū dicit q̃ aīa sepata clarius videt et intelligit q̃ coniuncta corpori corruptibili. Ad propositum autem dicitur q̃ sicut homines in equalem vitam ducunt in ortis regalibus et sedentes in carceribus. sic in equalem vitam habuissent illic in paradiso et nunc in mundo. quia in paradiso habuerunt pos se non mori. ut declarat magister lib. ij. dist. xix. Sed nunc ex peccato primorum parentum inest nobis in isto mundo necessitas moriendi. ut patuit supra. Propter quod p̃s. Quis est homo q̃ viuūt et non videbit mortem. q. d. nullus. Et sapiens illa mulier thecuites ait. *Reg. xiiij.* Omnes morimur. et sicut aqua in terram dilabimur. Et *Apostolus* ad *Heb. ix.* Statutum est omnibus semel mori. Et hoc patuit hic in filio reguli. de quo dicit euangelium. q̃ infirmabatur et incipiebat mori. In quo euangelio tria principalit̃ tangit. Primo reguli sedulitatem ibi. Erat quidam regulus. Secundo filij infirmitatem ibi. cuius filius infirmabatur. Tercio christi pietatem ibi. Uade filius tuus viuūt. Quantum ad primū ponit reguli sedulitatez que ostendit in hoc q̃ abiit ad christū. et rogauit p̃ filij sui sanitatem. Pro quo notandum regulus dicitur aliquis vno modo q̃ preest paru o regno et hoc modo ille nō dicitur regulus. quia tunc tempis nullus erat rex i iudea. Nam imperatores cum subiugassent sibi iudeā diuidebant regnum in quattuor thetarchas ut per hoc superbia iudeorum domaretur. ut *Luc. iij.* Tempore enim natiuitatis christi habuerūt regem alienigenam scz *Herodem Ascalonitā*. de quo *Matth. ij.* Audiens *Herodes* rex turbat̃ ē. Sed tempore passionis christi nullum habuerūt ipsi attestantibus qui dixerunt. Regem nō habemus nisi cesarem. *Joh. xix.* Et tali modo dicitur quis regulus *fm. Abzyf.* qui de stirpe regia natus est. nec hoc modo dicitur regulus qui nec de stirpe regia natus fuit. Tercio dicitur q̃s regulus qui ex officio alicuius regis vel imperatoris regit aut gubernat aliquam terrā. Et sic iste dicitur regulus qui erat officialis imperatoris ad regendum et custodiendum galileam deputatus manens in *Capharnaū*. que erat metropolis eius in qua filius eius infirmabatur infirmitate febrili. Cum autem audisset quia *Iesus* venit in *Galileam* a iudea. abiit ad eum in *Abana* ubi aquam mutauit in vinum. et rogauit eum ut descenderet. Quia. capharnaū erat in valle sita respectu chana galilee. et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. licet enim aliquantulum crederet q̃ posset eum sanare. tamen non credebatur q̃ posset hoc facere nisi in presentia corporali

Sermo. xxiij.

sed christus ex magna pietate sine presentia corporali sanare filium et ipsum in fide plenius voluit confirmare. et ceteri ibidem in eum crederent. Dicit enim **Aug.** ibi. Quando aquam in vinum conuertit crediderunt in eum discipuli eum tamen licet domus esset plena turbis conuictum. et ideo hanc ciuitatem repetijt. ut scz qd in priora non crediderunt saltem modo credent. Moraliter autem per hunc regulum significat quilibet officialis ad aliquid regendum. si e pro uinciam aut ciuitatem constitutus vel perpetue vel ad tempus. Et omnis talis consideret debet qd ad sufficientiam regiminis sui qui qd requiruntur. videlicet ordinatio statutorum obtemperatio subiectorum. diuulgatio trium phorum reconciliatio transgressorum et expugnatio inimicorum. Primum igitur est ordinatio statutorum. et hec ordinatio pertinet ad sapientem. **Eccl. xix.** In omni sapientia dispositio legis. Ideo **Aristot.** .j. politicoz inquit qui sunt dispositi ad principandum. et qui sunt apti ad famulandum. Ita enim non solum sunt necessaria ex lege positiua sed etiam ex lege nature. unde naturaliter a natiuitate sunt aliqui apti ad seruiendum. Et ideo declarat qd tam principatus qd seruitus est aliquantulum a natura. Quia quidam sunt pro quibus expedit communitati qd ab eis homines dirigantur. Natura enim dicitur superiora et meliora debere regere minus bona. Hinc est qd homo regit bestiam. anima corpus. et masculus regit feminam a natura. Illi ergo homines qui sic se habent ad alios sicut homo ad bestiam. vel sicut corpus ad animam. vel sicut masculus ad feminam. apti sunt et idonei ad regendum. Ita autem extollentia super alios vel supra ceteros non habetur nisi per unum proprium hominis quod est perfectionis. que perfectio est sapientia et ideo determinat philosophus. qd fortes ingenio et ratione quous sunt debiles corpe sunt tamen idonei ad regendum. et fortes corpe et debiles ratione apti sunt ad seruiendum. ita qd naturaliter pro re publica totius humane communitatis est qd sapientes regant. et minus discreti obseruent. sicut anima que ratione claret disponit corpus et regit et corpe ei subseruit. Et ideo **Seneca** li. de beneficijs dicit. Domini cui non est vis vnguium et dentium duas res dedit illi natura quibus dedit eum terribilem et validum. videlicet rationem et societatem. Per rationem enim animalibus. per societatem gentibus dominatur. Quia nec benigna societas absq; ratione possit haberi. hec ille. **Ubi Salomon** inter innumera gratiosa que dotis nomine cum sponsa sua accepit unum erat idemptitas regiminis ad alios gubernandum et regendum.

et hoc fit primo et principaliter iusta statuta et leges ordinando. Ideo dicitur **Sap. viij.** Ponebam populos. Sic etiam dicitur de alijs bonis prelati. **Sap. xviij.** Iusticie legem in concordiam disposuerunt. Qualiter autem rectores cuiuscumq; reipublice circa leges statuendas ad eundem modum subditorum in quattuor informantur prout supra sermone. **lxviij.** Et hic incidentaliter queruntur aliquę questiones. Primo utrum melius sit regnum vnus qd multorum. Ad hoc dicitur qd regnum vni⁹ optimum est quadruplici ratione. Primo patet hoc ex vnitatis et pace que debet finaliter intendi sicut sanitas a medico s; hanc efficit vnus ergo regimen aut principatus vni⁹ optimus est. Exemplum patet de **Octauiano** imperatore. sub quo natus est christus et descriptus vniuersus orbis qui non solum prouincias et ciuitates. verumetiam singulas personas describere fecit. Quia pacifice solus regnauit per mundum vniuersum. Secundo patet idem ex parte virtutis regentis. nam quanto virtus magis vnita. tanto fortius agit. Exemplum patet. qd qd pnt oēs principes alemonie pnt solus imperator et adhuc amplius. quia potest leges condere quod nullus princeps potest in terra propria sine legibus sine licentia propria imperatoris specialiter. sed debent leges et statuta ordinare. quia in temporalibus generalem legem potest facere imperator. **2. de legibus. l. ij. et l. si. nō** tamen in spiritualibus seu ecclesiasticis. S; tñ si imperator mandat aut permittit potest prefectus vel senatus legem generale facere. Item omnis ciuitas siue pps potest sibi facere legem. ut insti. ut de iure. natu. gen. et ciui. **5. ij.** Tertio sumitur hoc ex his quod videmus a natura in qua totum regnum reducit ad vnum principans. Sicut enim anima dominiatur corpori. sic primum mobile dominatur inferioribus. Apes enim naturaliter subsunt vni regi. similiter in oib; naturalibus oia reducunt ad vnum sicut patet per philosophum. **xij. methaphis.** qui diuersitatem motuum reducit ad vnum primum motum et diuersitatem motorum ad primum motorem dei. Entia non sunt male disponi. non est bonum pluralitas principum vnus ergo princeps. Quarto sumitur ab experimento. Expimur enim magis vnita regi melius ergo expedit qd vnus regat et dñet. et quo ad hoc dicit euangelista. Erat quidam regulus. i. rector officialis. et non plures. S; contra hoc possit aliquis dicere qd audisset vel legisset philosophum. **iiij. pol.** qd melius esset regimen plurius qd vni⁹. qd pbat idē tribus rationibus. Prima sumitur ex parte regentium. nam sicut plures ex parte melius iudicant qd vnus ita videtur qd omne regimen perfectum procedat ex iudicio rationis. et cum iudicium plurius sit melius qd vnius. Secundo patet ex parte itētiōis

Dñica. xxi. post trini.

recte regentium. et recte regens videtur intendere bonum commune et non proprium. **S**ed per regimen plurium prouidet pluribus quam per principatum unius. ergo regimen plurium est melius quam unius. **T**ertio patet idem ex parte stabilitatis principatus. Decet enim principem et rectorem esse regulam morum ut per passionem non corrumpatur. unde ergo facilius corrumpitur quam plures. ergo melius est regimen plurium quam unius. **S**ed ad hoc per se respondet **Aristo.** ad idem. quod princeps et rector plures debet sibi associare prudentes aut sapientes. ut principatus debeat et ornate disponatur. Sicut enim corpus integratur ex diuersis membris. sic principatus bene disponitur ex multis consiliariis. non obstante quod ad unum principem ordinetur. Nam si princeps vel alius rector dominari recte desiderat. non est ipsum possibile peruertere nisi totum consilium peruertatur. ergo non obstante principatus unitate ad bene regendum plures consilij requiruntur. **E**xemplum patet **Erod.** xviij. de **Moyse.** qui cum sederet ad iudicandum populum de mane usque ad vespere. **V**idens hoc **Petro** sceler eius dixit. Stulto labore consumeris ultra vires tuas in negotio. Sed audi verba mea et erit dominus tecum. Esto populo in his que sunt ad deum. et ceremonias et viam morum ostendas eis. **A**d decisionem vero causarum elige viros potentes timentes dominum. amantes veritatem. et detestantes auariciam. **S**ecunda questio utrum melius sit regimen aut principatus per successionem aut electionem? **S**olutionem istius vide super **pra.** xxx. **R.** Ad hoc facit etiam figura. iij. **R.** **Regum.** ij. de **Dauid.** qui ad petitionem **Bersabee** filium suum **Salomonem** adhuc viuens supra thronum regni sui ponere fecit. Quo sedente super thronum patris rex **Dauid** adorauit deum in lectulo suo qui dederat ei sedentem in solio suo in oculis suis. **E**t ex parte regis patet quod melius sit regimen per successionem. Patet etiam ex parte populi qui debet gubernari. Nam consuetudo est quasi altera natura. **P**opulus enim qui consuevit portare iugum patris facilius portat iugum filiorum quam extraneorum. **I**ugum enim voluntarium est minus onerosum. ergo principatus per successionem est melior ut dicit **Lantfridus** in de regi. princip. li. v. ca. iij. **T**ertia questio querit enim quid pertineat ad regentem communitatem vel ad verum politicum? **R**espondet **Aristo.** v. polit. q. x. sunt que videntur pertinere ad verum politicum. **P**rimum est quod in regno suo rex non permittat transgressionem modicas. Sed heu iam permittunt in regnis suis et ciuitatibus transgressionem maximas. ut ludos. et vitia forte adulteriorum. et sic de alijs. **S**ecundum est bene uti his qui

sunt in regno nulli iniuriando. **N**am ut innuit philosophus. iij. polit. Bene uti ciuibus non solum preseruat policiam. sed etiam preseruat principatum. **E**t licet omnem iniuriam que fit in regno rex non debet sustinere. iniuriam tamen dei que fit blasphemando debet acriter vindicare exemplo beati **Lodouici** regis **francie** qui quendam ciuem parisiensem qui blasphemauerat in penam sui peccati et aliorum terrore ferro candenti in labijs suis concremari precepit. **E**t cum aliqui principes et nobiles ipsius indignati ex hoc sanctum **Lodouicum** propter hoc factum arguerent. respondit eis dicens. Mellem ego tale indecentiam in labijs meis quam diu uiuero sustinere dum hoc vitium de regno meo tolleretur. ut amodo dominus meus **Iesus christus** a nullo hominum per talem blasphemiam offenderetur. **T**ertium quod requiritur ad perfectionem policie est timorem incutere his qui sunt in policia. ut videlicet nullus sit ociosus. nam tales nocent sibi et communitati. Nam **Aristoteles.** vij. polit. tales assimilant ferro quod dum est in exercitio claritatem habet dum vero quiescit consumitur per rubiginem. **Q**uartum est quod caueant seditiones nobilium. ponendo eis statuta quibus non facile contradicatur. **E**xemplum patet de regibus **francie.** qui ex statutis sancti **Lodouici** habent et seruant duella et guerras inter nobiles. Sed quicumque habet contrarium et ponit hoc in iudicio ibidem secundum iusticiam causa litigantium terminatur. **Q**uintum requiritur quod subditi respiciant ad eos quos maiestas principis honorat. Nihil enim tantum conseruat principatus sicut bonos et dignos preficere. **E**xemplum. j. **Reg.** xvij. de **Dauid.** qui cum esset gener regis **Saul** preliabatur prelia domini et quocumque se vertebat semper prosperabatur. ut ab omnibus maxime a puellis cantantibus **Saul** percussit mille. et **Dauid** decem milia. super regem **Saul** laudaretur. **S**extum quod requiritur est quod princeps caueat ne aliquem indignum nimium exalter. quia talis neminem curat. nec quem per oculos habet. Sicut patet de quodam in regno **francie** exaltato. qui ad hoc venerat. quod nec fratrem regis nec filios in oculis suis aliquid reputaret. Nam ad tantam dignitatem venerat quod rex eidem in officio domus regie imaginem pulchram ad presentationem ipsius locaret. **E**t postea iusto dei iudicio propter mala que preter bonum commune fecerat per primogenitum regis quod paterno regno successit in patibulo Parisius est suspensus. **S**eptimum est quod princeps vel dominus debet habere dilectionem ad bonum regni. et hoc maxime fit per bonos consiliarios. Quia ibi salus ubi multa consilia **Prouerb.** xxij. **O**ctauum est quod princeps habeat ciuilem potentiam. Nam

Sermo. xcviij.

ut dicitur in magnis moralibus. **I**usticia verba-
nitates conseruat. Sed iusticia in regno conser-
uari non potest sine potentia ciuium. Nonum q̃
princeps sit virtuosus. Nam ut dicitur. v. poli-
ticozum. Maior virtus requiritur in custode ci-
uitatis et regni q̃ in duce exercitus. Nam in du-
ce potissime requiritur experientia. Sed cu-
stos ciuitatis et regni oportet q̃ sit virtuosus.
Decimum quod spectat ad policiam est q̃ prin-
ceps nō ignoret qualis illa sit policia cui domi-
natur ut habeat memoriā preteritorum et pro-
uidentiam futurorum. **E**xemplum de **I**oseph
Eu. xli. qui propter confidentiam et discretio-
nem consilij super regnū Pharaonis princeps
in egypto constitutus est in hunc modum. Tulit
rex Pharaon anulum de manu sua. et dedit in ma-
nu eius. Torquem etiam eius collo circumposu-
it. fecit eum secundum in regno suo. Quinq̃ ascē-
disset in currum Ioseph. clamauit prece ut om-
nes coram eo genu flecterent sicut coram rege. et
clamor fm̃ hebreos fuit abreth. quod sonat pa-
ter terrērimus. Abba enim pater. reth delicat⁹
vel terrērimus interpretatur. quasi dicerēt. Si
Setate tener. sapientia tamen est pater. **S**ecundū
quod requiritur ad sufficientiam regis est obtē-
peratio subiectozum. Quia reges vel principes
vel alij domini non propria potentia stabiliunt
sed benignolentia subditorum. Ideo dixit Salo-
mon. Populum disponam et nationes erunt mi-
hi subiecte scz per voluntariam et amicabilem obe-
dientiam. Ubi nota tria bona consequuntur obe-
dientes regi. Prīmū est virtutes. Quia. iij. poli-
ticozū dicit ph̃us q̃ intentio boni regis est edu-
cere ad virtutes populū. ideo ē obediendum ei.
Exemplū. iij. Reg. iij. de Salomone. cui cū dñs
sapientiā et scientiā ad regendū populū contu-
lisset pplus eidē tōto tpe p̃ncipat⁹ sui humiliter
obediuit. et hoc patuit de testimonio suo Sap. viij.
Nationes mihi erant subiecte. **S**ecundū est
salus regni et ciuitatis. qz ut dicit. iij. rethorice.
In legibus est salus ciuitatis. An. v. pol. dicit
Aristo. q̃ obseruare leges et obedire p̃ncipi siue
regi non est seruit⁹ sed libertas. Quā enim seruit⁹
naturaliter conueniat brutis quanto magis q̃s
accedit ad vitam bestialem tanto magis est seru⁹.
Nam videm⁹ q̃ oīs bestia compellit ad obediē-
dum. Homo qui est rationale animal volunta-
rie propter bonum p̃ncipatus debet obedire.
Nā Aristot. iij. polit. comparat regem et regnū
sicut animam et corpus que ipsum conseruat et
regit. q̃re sic pessimū ē corpi derelinq̃re aīaz. ita
malū ē subiecto derelinquere p̃ncipē. q̃re ex obe-
dientia orit⁹ salus regni. ex inobedientia vō p̃su-

sio. **E**xemplū patz Nume. xxi. de Aboze. dathā
et Abyron. qui cū vidissent fratrueles suos ho-
noratos. alterum sacerdotio. alterū ducatu po-
puli. Aboze inuidit. et murmurans cōtra Moysen
et Aaron complices secum habens ducētos
quingenta demptis maioribus quos etiam
dignos sacerdotio p̃ferebat. et adiunxit sibi da-
than et Abyron potiores rubenitarum quibus
p̃ncipatuz populi debere dicebat. quia fuerūt
de Ruben primogenito. Et isti stabant contra
Moysen magis ei resistendo q̃ fm̃ legem domi-
ni obediēdo. Quod videns Moyses orauit do-
minum ne in solito more p̃iret. et sic palam fieret
q̃ dominus miserat eum. Quo orate et flente tre-
muit terra et expauit populus. grandiqz strepi-
tu per tabernacula illorum excitato scissa ē ter-
ra sub pedibus eozum. et aperiens os suum de-
uorauit eos cum omni substantia eozum. et de-
scenderunt viui in infernum. et reducta est terra
quasi nihil horum factum videretur. Et sic ap-
paret q̃ superioribus est obediendum. **T**ertiu⁹
est pax et concordia et abundantia cum tranquil-
litate. Nam. j. rethor. videt velle Aristot. q̃ sic
se habeant legislatores ad animas sicut medic⁹
ad corpora. Sicut enī medicus intendit sedare
passiones corporū. sic p̃ncipēs passiones ani-
marum. Quā ibidē dicitur q̃ non nocet tñ pecca-
re contra precepta medici quantum assuescere
non obedire p̃ncipi. Est enim anima magis q̃
corpus. et pax ciuium et eozum qui sunt in regno
potior q̃ equalitas humorum. **E**xemplum pa-
tet de lombardis qui imperio male obediunt.
ideo p̃secutionem theutonicorum patiuntur in-
cessanter. ergo ad sufficientiam regiminis req̃ri-
tur obtpatio subditozū. **T**ertiu⁹ ē diuulgatio tri-
umphoz. **T**riumphus enī singulari magnifi-
cat p̃ncipē. et terribilem reddit regibus et hosti-
bus qui circūstant. Nam Josue. vi. dicit. q̃ ha-
bitatores Hiericho ad rumores triūphoz quos
filij Israel de duobus regibus amorreozum ha-
buerūt. solo timore cor et audaciam p̃diderunt.
Ideo dicit Salomon Sap. viij. Timebant me
audientes reges horrendi. **Q**uartum est recon-
ciliatio transgressorum. ut p̃nceps vel prelatus
benignitate resplendeat transgressoribus pro lo-
co et tem pore ignoscendo. **E**xempluz de David
q̃ semet q̃ cū maledicebat dicens cū virum san-
guinis leniter indulxit. Nā cum Absolon mortu-
us esset. et dauid iordanem transiret. occurrit ei
Semei iacens prostratus in terra dicēns. Ne
reputes mihi domine mi rex iniquitatem. neqz
memineris iniuriarum serui tui. Agnosco enim
peccatum meum ideo primus veni in occursum

Dñica. xxi. post trinita.

regis. et **David** indulget sibi dicens. **Nō** morie-
ris iuravitq; ei **David. ij. Reg. xix.** Ideo cōtra
crudeles dños et reges scribit **Piero. sup. eplam**
Timoth. opponēs illud. **Oportet** episcopū irre-
prehensibilem esse. nō iracundū dicēs. **Nihil** est
fedi⁹ pceptore furioso. q̄ cū debeat esse māfuet⁹
et humilis ad omnes. ex aduerso toruo vultu tre-
mentibus malis. rugata fronte. facie inter rubo-
rem et pallorem variata prestrepit. et errātes nō
tantum ad bonum retrahit quantum ad mala
sua seuitia precipitat. Ideo **David** quasi summā
sue bonitatis allegans coram domino ait. **Me-**
mento domine David. et omnis mansuetudinis
eius. **Et** dicitur notanter p loco et tempore igno-
scendo. **Quia** non debet semper rex vel domin⁹
ignoscere delinquentibus. **Nam** legitur. **ij. Re-**
gum. ij. de **Joab** qui per inuidiam **Abner** occi-
dit et **Amasan.** effudit sanguinem belli in pace.
id est. tempore pacis. et eorum cum quibus debe-
bat habere pacē. p⁹ interuallū vō temporis cuz
exaltatus fuisset **Salomon** super thronū sui pa-
tris **David** **Joab** timens potentiam **Salomo-**
nis fugit in tabernaculum domini. et apprehen-
dit cornu altaris. et misit rex **Bananiā** ut ad-
uocaret. **Et** ait **Joab.** Non egrediar sed moriar
hic. **Sed** cum nunciasset **Bananiās** regi. dixit ei
rex. **Fac** ei ut dixi. **Et** interfecit eum **Bananiās**
ad cornu altaris. et sepultus est in domo sua in
deserto. **Vicit** enim **Aristoteles. vij. politicorū.**
q̄ decet reges et potentes vt magis timeantur.
et vt virilius obseruent iusticiā magis puniri et
seuerius suggerere contra amicos si excedunt.
Exemplum patet de **Troiano** imperatore roma-
no. qui licet esset paganus tamen quia filius su⁹
contra iusticiā fecerat. vt relinqueret exemplū
posteris principibus propriū filiū interemit
Quintum est expugnatio inimicorū. quia prin-
cipes diligūt a subditis si sint fortes et magna-
nimi exponentes se pro communi bono contra
inimicos. Ideo dicitur. **ij. rethoricorū.** q̄ dili-
gimus beneficos in salutem. id est. hos qui pos-
sunt benefacere nos saluando et liberando. **Ex-**
emplum in libro. **j. Regum. xvij.** de **David.** qui
manu fortis interpretatur. qui egrediendo et re-
grediendo populum **Israeliticū** de manu ho-
stium defendit potenter. **Quinq;** hec prelibata
sunt que spectant ad sufficientiam regiminis.
Propter quod quilibet rector populi potest di-
ci regulus ad christum comparando qui est rex
regum et dominus dominantium **Apocalip. xix.**
3 **Iste** quidem regulus habet filiū qui significat
quemlibet subditū. **Nam** filius s̄m **Britonem**
dicitur a philos grece quod est amor latine. in
signum q̄ quilibet rex vel princeps aut domin⁹

terrestris debet amare quemlibet suū subditū
tam minimum q̄ maximum diuitem et egenū
ignobilem et ingenuū. ciuem et rusticū. **Et** hūc
amorem erga subditos ostendit quilibet cuz eos
protegit. cum substantie eorum parcat. cum bo-
nos exaltat. et malos penis damnat exēplo **Ly-**
ti et Aespesiani. **De Lyto** refert **Suetonius.** q̄
adepto imperio conuiuia instituit magis iocun-
da q̄ prius fecerat. nulli ciuium aliquid accepit
sed potius solitas collectiones sustinens nemi-
nem ante se in liberalitate habuit. **Ira et Samu-**
el propheta qui rexit diutius populum **Israel**
ardenter ait prima **Regum. xij.** **Loquimini** co-
ram domino de me. vtrum bouem cuiuscūq; tu-
lerim. et si quem oppressi. et contemnā illud ho-
die. **Glosa.** volens inde retinere. **Et** dixerunt.
Non es calumniatus nos etc. **Ecce** quomodo il-
li dilexerunt subditos suos. **Sed** heu nunc no-
stri reguli omnibus modis querunt occasiones
vt possint licite et illicite opprimere subditos. et
bona eorum vsurpare. **Quia** opprimere est con-
tra ordinem iuris aliquem debilitare. vel in re-
bus vel in persona. **Quod** prohibuit dominus.
Leuitic. xix. Non facias calumniam proximo
tuo. nec vi opprimas illum. **De** hoc vide supra
sermone. **xxxvij. d.** **De Aespesiano** scribit **Hu-**
go. **Floriacensis** abbas q̄ assumpto imperio sta-
tim erga malos se rigidum ostendit cum pertina-
ces et contumaces exterminauit. **Iuxta** doctri-
nam **Aristot. v. ethicorū.** **Oportet** bonos p-
tuocare ad virtutes per premia. malos autē per
penas insanabiles totaliter exterminare. et per
hoc ostendit dilectionem erga eos ne forte maio-
ra mala perpetrent et penas suas augmentarēt.
Ideo dicit **Sapiens.** **Qui** diligit filium assidue
illi flagella et verbera vt letetur in nouissimo suo
vt **ecclesiastici. xxx.** **Et** licet mundi principes et
rectores possunt punire spirituales infirmos vi-
delicet peccatores. et eos per penas extermina-
re. si tamen viderint eos corrigibiles et sanabi-
les. debent pro eis christum exorare exemplo
Moyse ducis filiorū **Israel** de quo legitur **Ex-**
odi. xxxij. **Quia** populus suus peccasset faciēdo
vitulum et ipsum adorando dixit dominus ad ip-
sum. **Mitte** me vt irascatur furor meus contra
eos. **Et** s̄m **glosam.** loquitur modo humano cuz
filius offendit patrem. et pater tenet gladium q̄
si ad iugulandum ipsum dicit alicui existenti iu-
sta se. **Ne** retineas me a percussione. **Per** hoc
videtur magis contrarium velle scilicet q̄ ve-
lit retineri. **Et** ex hoc **Moyse** accepit fiduciam
orandi pro populo retinendo dei vindictam di-
cens. **Aur** domine irascatur furor tuus contra
populum tuum ne queso scz hoc facias. **Dicunt**

Sermo. xcix.

eni egyptij. **C**allide eduxit eos vt occideret i deserto. **Q**uiescat queso ira tua. **z**c. **S**ic z alij domini terrarū debent orare pro populo suo vt deus digne ipsū sanare spūaliter in aīab^o a peccatis vt hic cū eis possint viuere in gratia z in futuro in eterna gloria. ad quā nos pducatur. **z**c.

De eadem dñica. Sermo secundus.

Erat quidam regulus cui⁹ fili⁹ infirmabatur capharnaū. **J**oh. vii. s. **V**idem⁹ ad expientia q⁹ fur anteq⁹ capiat furtū qd fecit minime confite^r. nec etiā post captionē p⁹sueuit confiteri nisi tormentē. **Q**uo facto nō solum malū p⁹prium s³ etiā suorū sociozū p⁹sitetur. ideo de deposito. c. grauius mandauit **A**lexan. iij. iudicibus de quodā fure qui furatus fuit pecuniam vt eum ponerent sub tormentis cū dicit ibidē. **I**udicibus dedimus in mandatis vt illum iniquū sub questionibus. i. sub tormentis ad rationem ponant. z si oportuerit vinculis alligatum vt dictam pecuniā reddere compellat. **M**oralit^r omnis peccator est sicut fur. subtrahit enim deo rē preciosam videlicet aīaz. quā ad suā creauit imaginem z appropriauit eam sibi. i. vendidit eā diabolo ere peccatorū. **Q**uia dicit **A**mb. de btā vita. **D**iabol⁹ adeo debilis ē. nā neminē possidere possit nisi se ei prius ere pctōz vendiderit. xv. q. j. nō est. vbi dicit **A**rchidiacon⁹ in glo. **N**ō ē venditor. diabolus emptor. anima merces que venditur pctōz pctō. z ideo eius loco succedit peccatum in venditione. **E**t nō solum furatur pctōz animā. sed etiā expoliatur eam omnibus bonis. id est virtutibus. sed anteq⁹ capiat per infirmitatem z incarceret illud furtū minime confite^r. s³ cum capit z p egritudines incarceratur. vt amodo nō possit currere ad peccatum tūc manifestat z fate^r peccatū. **Q**uia dicit ps. **C**um occideret eos querebant eū. **E**t hoc quo ad sensūz moralē patz hic in regulo q⁹ ppter infirmitatē filij. **Q**uia homo vidēs infirmitatem filij sui. i. spūs ad dūm currit. z pctm p⁹sitet. **I**deo dicit euāgē. **E**rat quidā regulus cui⁹ fi. q⁹ sunt vba hodierni euāgē. **I**n quo tria pncipalit^r tangunt. **P**rimo reguli depcatio p filij sanitate. ibi. dñe descēde. **S**cdo xpi impcatio p ipsi⁹ incredulitate ibi. nisi fi. **T**ertio filij sanatio ex xpi pietate. ibi. vade filius. **P**rimo g⁹ tagit^r reguli depcatio p filij sanitate cū dicit. **E**rat qdā regul⁹. **z**c. **E**t rogabat eū vt descenderet z sanaret filiū eius. **M**oralit^r hoc euāgeliū exponendo p regem intelligitur quilibet virtuosus. nā respectu virtutis dicit hō rex.

Quia fm **A**ug. de spū z aīa. virtus est habitus mentis bene institute ad modum regni qd ē bene institutū. s³ recte in eo consolatur si recte in eo obeditur. **I**sto modo dicit **H**olcot lec. lxxvj. mēs bene instituta est cum bene consulit z voluntas bene percipit. z sensus bene obedit. **S**ine isto regimine mens precipitanter regit. z assimilatur regi. **R**oboa. iij. **R**eg. xij. qui relicto consilio senum iuuenum consilio acquieuit. vbi enim v⁹tus non est illd quod debuit seruire imperat z quod dominari debuit ministrat. z ideo regnum sub eo diuisum est. **S**i autē ratio imperat que imperare debet eo q⁹ semper depcatur. id est. reclinat ad optima. j. ethicozū tūc homo congrue dicit rex extirpās oē malū. **I**uxta illud **P**rouerb. xx. **R**ex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum. quasi diceret. **D**ō qui sedet in solio stellato virtutibus discretionis imperio sue rationis dissipat omnes motus illicitos. **I**deo dicit **B**ene ca. **M**agnū imperium regit qui sibi p⁹ dominatur. **S**i autē dñat sensualitas mouetur ad vitia. **I**uxta illud **P**rouerb. xxx. **P**er tria mouet^r terra. quoz vnū est p seruū cū regnare incepit. q. d. qñ hō vt regulus regnauerit p sensualitacē mouet^r caro ad vitia. z tunc merito meretur dici regulus. **Q**uia dicitur in canone. ij. q. j. c. scelus **R**ex veraciter dici nō potest qui nō salubri regimine appetitum refrenat. sed crebra enervatiōe illicitis eius motibus cedit. **I**stius reguli filius est humanus spiritus. de quo videnda sunt duo videlicet vbi infirmatur z in quibus membris. **P**rimū ergo vbi infirmatur respondet euāgelista. **E**rat quidā regulus. i. hō regnās p sensualitatem. cuius filius. i. spūs infirmabat capharnaum. **C**apharnaum interpretat^r duplici^r. vno mō ager pinguedinis. p quam designat abundantia temporalis. **A**lio modo interpretat^r villa consolatio nis. **E**t per hanc significat^r voluptas carnalis. que duo faciunt sepius spiritum grauit^r infirmari in peccatis sicut patet de zodomitis **E**zechielis. xvj. **H**ec fuit iniquitas sororis tue scilicet **Z**odome. saturitas panis z abundantia. **I**ō de abundantia temporalī loquitur **B**erū. **B**ea tus inquit. qui post illa. s. temporalia non abiit. que possessa onerant. amata inquinant. inquinata cruciant. z postremo velut infideles amici suos amatores in extrema necessitate deserunt. s³ de voluptate carnali loq^r **B**erū. **P**ericlita^r in q⁹ castitas in delitijs. humilitas i iudicijs z veritas in multiloquio. **N**am difficile est illi seruare castitatem qui viuit in corporali voluptate. **V**el **M** in hoc q⁹ capharnaum interpretatur villa consolationis significatur delectatio mundi praua z bestialis que facit spiritū hominis in peccatis